

Rome, 24 janvier 1602.

/ Illus et R Domine frater.

Non erat necesse, ut D.V.R<sup>ma</sup> laborem susciperet mihi per litteras gratias agendi. Quod enim debui facere, feci, et moleste fero, quod non amplius potuerim. Scripsit ad me P. Richardus Gibbonus,  
 5 cupere D.V. introducere in suam Ecclesiam usum recitandi horas secundum Breviarium Romanum, sed illud obstare, quod aliquot canonici repugnaturi videantur. Egi cum Sanctissimo Patre nostro Clemente Pont. Maximo ut declararet per universum Capitulum, cuius consensum requirit epistola Pii V, intelligi duas tertias partes Canonorum, vel certe dispensaret hac vice, et permetteret recipi in episcopatu Atrebateni Romanum VBreviarium consentientibus duabus tertiiis partibus Capituli. Pontifex remisit hoc negocium ad congregationem quamdam, in qua ego etiam interesse soleo. Sed interim, dum haec res expeditur, placet Sanctitati suae, ut D.V.R<sup>ma</sup> pri-  
 10 vatim recitare possit horas canonicas secundum usum Romani Breviarii. Memor sit mei D.V. in sanctis precibus suis, et alacriter pergit in grege dominico pascendo, quo opere nullum gratius fieri potest Dno Nro Jesu Christo, qui proprio sanguine oves suas redemit. Romae, die 24 ianuarii 1602.

20 [ F.B.5, f.97. Brouillon autogr.]